

banum lacum tradunt. Post illum regnavit Aventinus 5
 Silvius, isque finitimis bellum inferentibus in dimi-
 cando circumventus ab hostibus prostratus est ac se-
 pultus circa radices montis, cui ex se nomen dedit, ut
 5 scribit Lucius Caesar libro secundo.

Post eum Silvius Procas, rex Albanorum, duos filios 19
 Numitorem et Amulium aequis partibus heredes in-
 stituit. Tum Amulius in una parte regnum tantum- 2
 modo, in altera totius patrimonii summam atque om-
 10 nem paternorum bonorum substantiam posuit fratrique
 Numitori, qui maior natu erat, optionem dedit, ut ex
 his, utrum mallet, eligeret. Numitor <cum> privatum 3 □
 otium cum facultatibus regno praetulisset, Amulius
 regnum obtinuit. Quod ut firmissime possideret, Nu- 4
 15 mitoris fratris sui filium in venando interimendum
 curavit. Tum etiam Rheam Silviam, eius sororem,
 sacerdotem Vestae fieri iussit simulato somnio, quo
 admonitus ab eadem dea esset, ut id fieret, cum re
 vera ita faciendum sibi existimaret, periculosum du- □
 20 cens, ne quis ex ea nasceretur, qui avitas persequeretur
 iniurias, ut scribit Valerius Antias libro primo. At 5
 vero Marcus Octavius et Licinius Macer tradunt Amu-
 lium patrum Rheae sacerdotis amore eius captum
 nubilo caelo obscuroque aere, cum primum illucescere
 25 coepisset, in usum sacrorum aquam petenti insidiatum
 in luco Martis compressisse eam; tum exactis mensi-
 bus geminos editos. Quod cum comperisset, celandi 6
 facti gratia per scelus concepti necari iussit sacerdo-
 tem, partum sibi exhiberi. Tumque Numitorem spe 7
 30 futurorum, quod hi, si adolevissent, iniuriarum suarum
 quandoque ultores futuri essent, alios pro eis subdi-
 disse illosque suos veros nepotes Faustulo pastorum
 magistro dedisse nutriendos.

At vero Fabius Pictor libro primo et Vennonius 20